Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

celum. Psallentibus interim angelorum choris & dicentib; beata es uale
teria martyr xpi quia custodisti mandata domini eris uiguer permanens
in conspectu eius in splendore lucis que terminum non nouit. Armiger ste
phani qui eam decollauit hoc audiens. cum summa festinatione pergens ad
dominum suum. exposuit ei omnia que uiderat. queq; audierat. Et dicta com
plens. adultimum sententiam replicauit. quam beata uirgo pgens addeol
lationem illi dixerat. quod in ipsa nocte moreretur. Quod dictum statim
ut protulit. abangelo percussus cecidit adpedes ducis. & mortuus est. Ti
mor autem & tremor magnus inuasit ducem & exercitum eius. & induts
cilicio. rogabat adse beatum uenire marcialem. Qui cum in presentiam ei
uenisset. prosternens se adpedes eius dux cum magno fletu cepit dicere
adeum. Peccaui ouir sanctissime fundens sanguinem iustum. sed deprecor
te ut resuscites armigerum meum & me facias credere in deum tuum. Ad
quem beatus marcialis dixit. Si extoto corde credideris. dominus suscita
bit eum. Tunc conuocans adse omnem populum xpianorum taliter eos
alloquitur: Omnes pariter deprecemur dominum ut iubeat resuscitari
hunc hominem. Et facto silentio dixit. Domine ds omnipotens qui ante
mundi constitutionem fuisti cum patre & spu sancto. & uenisti in mundu
ut homines qui erant in tenebris uenirent adlumen ueritatis. deprecam
magnam gloriam tuam ut resuscites hunc hominem. quatinus omnes
gentes te cognoscant. & nomen tuum in omnes homines manifestetur.
Cumq; hoc dixisset. abiit adcorpus. & tenens manum defuncti dixit.
Resuscitet te dominus omnipotens quem uidei crucifixerunt & tertia
die resurrexit. in ipsius nomine sta supra pedes tuos. Qui ilico surgens.
ac pronolutus pedibus eius dixit. Peccaui ofelicissime confessor xpi
occidens sanguinem iustum. s; da michi obsecro baptismum penitentie;
pquod remedium ualeam consequi indulgentie. Stephanus autem
dux uidens hoc signum. procidens adpedes eius deprecabatur indul
gentiam & remedium pro commisso facinore. Beatus aut pontifex in
dicens ei penitentiam pro infectione uirginis & martyris baptizauit
eum & omnes comites illius ac duces cunctumq; exercitum. & omnem
populum uiriusq; sexus numero quindecim milia. Presatus uero dux
multa munera auri & argenti. & predia & omnia que habebat in pro
uincia lemouicense dedit beato pontifici ut fabricaret exinde ecclas
in honorem dei. Post hec iussit hospitale pauperum fieri prefatus dux.
in quo omni die instituit trecentos pauperes alendos. in elemosinam